

**EKSAMEN I LAT4303 – senantikk og middelalderlatinsk prosa og poesi
VÅR 2012**

Oppgaven består av 3 sider.

Fredag 1. juni 2012 (4 timer) Uten ordbok

Alle spørsmål skal besvares

1. I det Herrens år 585 er den grumme dronning Fredegunda på krigsstien mot biskop Praetextatus av Rouen.

Oversett fra Gregor av Tours: *Historia Francorum VIII.31*:

Dum haec agerentur et Fredegundis apud Rothomagensim urbem commoraretur, verba amaritudinis cum Praetextato pontifice habuit, dicens, venturum esse tempus, quando exilia, in qua detentus fuerat, reviseret. Et ille: 'Ego semper et in exilio et extra exilium episcopus fui, sum et ero; nam tu non semper regalem potentiam perfrueres. Nos ab exilio provehimur, tribuente Deo, in regnum; tu vero ab hoc regno demergeris in abyssum. Rectius enim erat tibi, ut, relecta stultitia atque malitia, iam te ad meliora converteris et ab hac iactantia, qua semper ferves, abstraheris, ut et tu vitam adipisceris aeternam et parvolum, quem genuisti, perducere ad legitimam possis aetatem'. Haec effatus, cum verba illius mulier graviter acciperit, se a conspectu eius felle fervens abstraxit. Advenientem autem dominicae resurrectionis diae, cum sacerdos ad implenda aeclesiastica officia ad aeclesiam maturius properasset, antefanas iuxta consuetudinem incipere per ordinem coepit. Cumque inter psallendum formolae decumberet, crudelis adfuit homicida, qui episcopum super formolam quiescentem, extracto baltei cultro, sub ascella percutit. Ille vero vocem emittens, ut clerici qui aderant adiuvent, nullius ope de tantis adstantibus est adiutus. ... (*Biskop Praetextatus skjønner at det er dronning Fredegunda som står bak udåden, og her følger hans siste ord til henne*): 'Iam', inquit, 'me Deus praecepit de hoc mundum vocare. Nam tu, qui his sceleribus princeps inventa es, eris maledicta in saeculo, et erit Deus ultor sanguinis mei de capite tuo'. Cumque illa discederit, pontifex, ordinata domo sua, spiritum exalavit.



KANDIDATEN BES SKRIVE TYDELIG MED PENN

antefanas, variant til antiphonas: vekselsang

formola: skammel, knefall

2. Gi en kommentar til språk og stil i Gregors tekst.

3. *Tnugdals sjel, ledet av skytsengelen, er i ferd med å få et overblikk over syndens lønn i det hinsidige. I utsnittet nedenfor er det tyver og røvere som får sin bekomst, og sjelen og dens ledsager stopper et øyeblikk foran en uhyre smal bro forsynt med spisse jernnagler.*

Oversett fra *Visio Tnugdali*:

"Non ego", inquit angelus, "tecum transibo, sed ut ipsa per te transibis, nec vacuus transire poteris. Nam vaccam indomitam te oportet tecum conducere". Tunc anima plorans amare flevit et ad angelum dixit: "Ve mihi, quare me creavit Deus, ut talia paterer? Et quomodo ego misera potero eam transducere, cum ego ipsa in tali periculo, nisi divina subvenerit misericordia, non possim omnino stare?" Tunc angelus: "Reduc", inquit, "ad memoriam quod, cum in corpore fueras, vaccam compatris tui furatus eras". At illa: "Nonne", inquit, "domine, vaccam, de qua sermo est, proprio reddidi possessori?" Tunc angelus: "Reddidisti, sed tunc, quando abscondere non potuisti, et ideo non plenum patieris supplicium, quia minus est malum velle quam perficere, licet utrumque sit malum ante Dominum".

Hisque dictis cum respexisset angelus animam, ostendit ei indomitam vaccam. – "Ecce", inquit, "vacca, quam debes ducere ultra". Anima autem, cum vidisset se devitare non posse debitam penam, plorans reatum tenuit vaccam et secum quibuscunque poterat minis instigare conabatur ad pontem. Bestie vero mugientes veniebant et cibum suum, quem videbant in ponte positum expectabant. Anima autem cum cepisset iter agere, vacca nolebat cum ea exire.

4. Visjonslitteraturen vant stor utbredelse og popularitet i middelalderens kristne Europa, og *Visio Tnugdali* står sentralt i denne litterære genren. Gi en kort oversikt over verkets oppbygning og innhold. Hva kan ha bidratt til at denne visjonen ble så populær?